

757
 Reverende Vir Dñe et amice, accepi mandatum
 Illustr. Principis, quod te non insciente, siò
 Nam procurante, factum existimo: quo jubeor
 comparere Heidelbergae praesentandis ut loquutus,
 ab ipsius Celsitud. Academia ad professionem Mathe-
 maticam, quam et ante susceperim, in quo lau-
 men oratum est, quò Graecae Linguae fuerim In-
 terpres per annos octodecim. Obsequere igitur cogor,
 adfuturo Deo volente feris liberalibus, quando etiam,
 si docere velim invitator habebim auditores, Grave
 mihi omnino erit, inter illos vel solum nostrae
 confessionis versari, sine ullius amici aut socii spem
 dia et solatio. Sed quò tamen sperabo vobis efficien-
 tibus etiam brevi restitutum iri. Interea ero
 vobis ex Gngi. Hoc vero cum primis estis monendi
 estare in Academia Statutis legem, quò omnes
 adstringuntur Professores ad Lutheri dogmata tenenda.
 Ea nisi aboleatur auctoritate Illustr. Principis, nec
 ego nec quò reliqui sunt nec ulli alij nostrae confessionis
 recipi in academiam possunt nec recipi valent.
 Mitto tibi commentariolum meum de Calendarii
 reformatione, me meamq. causam tua humani-
 tati et industriae commendans. Narrabat mihi
 heri Scholasticus quidam, quò recens venerat ex Acade-
 mia Oxoniensi Anglorum et Scotorum retinere
 veteris Calend. contumacem in Saecul. Rom: Ecclesiam.
 Salutem opto D. Stibelio. Bene et feliciter vale
 et ave Neustadii die xx Febr. a. 84.

Tui observantiss.
 Hermannus Wittenundus.

Reverendo Viri Dño Danieli Tuffano
 Superintendenti Ecclesiae Palatinatae Dño et
 amico observando.